

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

DE MODO VISITATIONIS CAP III

fiat. BARR. Si mihi licet Decretales Papæ, Conciliorū, Decreta, Leges & Mandata Imperatoris oimq; Principū p libertate Christiana, nedū cōtemnere, sed & cōculcare, vestras ne res gestas p̄clare huius visitatiōis, legū vice acceptē aut obseruē: Qui estis obsecro vos, quales & quanti? Nonne hoies priuati? neq; Principes, neq; Pontifices? At principis (dicitis) autoritate missi sumus, Bñ haber, sed fatemini hīc, neq; ipsi etiā Principi cōmissū esse, vt doceat, regatq; in rebus Ecclesiasticis, quo modo ergo det vobis, quod ipsemet nō habet: Dico itaq; neq; Papa, neq; Episcopus, neq; vllus hoim habet ius vnus syllabę constituendę super Christianū hominē, nisi id fiat eius consensu, Quicquid aliter fit, Tyrannico spiritu fit. ECCLE. Recte ais Barraba, Quin imo si quis te cogere velit (Quēadmodum fecit Papa cū legibus suis) ne comedas carnem feria sexta, sed pisces, Similiter in Quadragesima, nō oua, non butyrū &c, Hic nullo pacto finas te a libertate, in quam te Deus posuit, extrudi, sed in eius despectū, cōtrarium agas, & dicas, Ob id ipsum sane, q; phibes mihi esum carniū, & conoris ex mea libertate p̄ceptū facere, ideo in despectum tui vescar illis. VISI. At nos neminem cogimus, sed benigne perimus, vt institutis nostris cōsentiant reliqui, donec Deus vel per eos, vel per nos aliquid melius incipiat. ECCLE, Satis liquet, q̄ benigna sit hæc vestra petitio, quæ tam cito vim opemq; Principis contra dicentibus, minaciter obtendit, Sed dic mihi quęso, In quo se interim fundabit fides & conscientia nostra, donec melius aliquid incipiat Deus: Hęcine est fidei vestrę certitudo, dnbitare ac herere in traditionibus istis, donec melius aliquid incipiat Deus: At dicam tibi hīc, quod Papæ dicere soleo, Papa tu conclusisti cum Concilijs, nunc habeo ego iudicium, an acceptare queam necne, Iuxta verbum Dei, Attendite a falsis Prophetis, Quare? Quia non stabis pro me, vt respondeas, quando moriendum est mihi, sed meip̄m videri oportet, quō faciā, vt rei meę sim certus. Non indigemus igit dubia ista visitatione vr̄a, Quia oportet nos ipos eē iudices, atq; hīc potestātē iudicandi sup oia que pponunt nobis, ob id sane, q; sup nullū hoim edificare possū, sed meip̄m respōdere optebit, qm̄ moriendū fuerit. VISI. Profecto nisi dimissis huiusmōi cōtentiōib⁹, vnanimiter cōsenseritis nobiscum, libere cū Papistis cōcludam contra vos, Diabolum,

In lib. contra
Catharinū.

In lib. Visita.

In Cap. Baby
lo.

In 500. art.
art. 399
In Ser. se. 4.
post Inuocm

In lib. Visita

Ibidem

In. 500. art.
art. 118.
In Ser. Attē
dite a falsis
Prophetis.

Ibidē art. 129